magna futura sit contentio; aliis quidem laudibus ad coelum usque res gestas
Tuas elaturis, aliis fortasse majus aliquid requisituris. quoque
iisdem
dicibus in fidem committes: qui multis de Te post seculis judicabunt.
cabunt a. hi longè incorruptius quàm nos. Nam et sine amore et sine cupi-
ditate, et nusquam sine odiô et sine invidiâ judicabunt. Etiamsi a. tunc ad
Te non pertinere videretur, quicquid de Te benè sunt judicaturi æquissimi
rerum censores: Videtur tamen nobis hodiè id omne rectè ad Te referri
pe qui novimus, Te talem esse: ut tuas laudes obscuratura nulla unquam
oblivio. Quapropter ad unum omnes Te, Domine, et hortamur et
oramus: ut vitæ, ut saluti Tuæ benè semper consulas; ut inservias nostris
nostræque et totius Patriæ commodis. Nos profectò omnes, nos singuli
n. non loquimur) non modò excubias pro Te et custodias, sed m. luterum
strorum et corporum oppositus pollicemur.

PERORATIO.

Sed ut, undè est orsa, in eôdem terminetur Oratio nostra, maximas
Celsissime Domine, gratias agimus, majores m. habemus. Omnes siquidem
sentiunt, quod ex eorum precibus et lacrymis sentire potuisti. Quoniam
adstantibus omnibus necesse erat dicere, à me certè dici voluerunt: quique
dicturi essent ipsi. Lætari n. mecum omnes, lætari singulos non de unius
sed de communi Patriæ salute, sentio. Neque v. de recuperatâ Angliæ
te tantùm lætamur: sed etiam solliciti conjunctis viribus benignissimum
Numen adoramus: ut Te, Patriæ nostræ Patrem, Patrem ac Protectorem
cissimum, diutissimè fortem, diutissimè hilarem videre ac venerari nobis
tingat. Servet Te, Domine, DEUS: DEUS per bonitatem optimus, per
statem maximus Te servet longissimè, addatque ipse Augustæ Domui
perennitatem: addat huic incrementa, quæ nulla unquam fortuna,
temporum vis debilitet. Tu v. Domine, non antè vitâ decedas, quam
consumtis omnis felicitatis muneribus nihil amplius, quod reddi
Tuis meritis, habeatur præter ÆTERNITATIS CAPITOLIUM.
Hoc, hoc ut longè illustrius, quàm barbararum gentium quondam
fatores, Romani, superbissimam invecti leguntur Romam, vel ipsis
lis comitibus, vitæ hujus satur ingrediaris, unanimes tandem precamur
acclamantes et ipsi Tibi, hodiè præsenti, Romuleum illud solenne

FELICITER!

Dixi.

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski